XXII Si alicubi infra nostra parrochia talis locus est . aut ad fontes . aut ad arbores . aut ad petras . si aliqui stulti ibi uota faciunt . aut obseruent per aliqua uanitate . aut deuotione aliqua ut illis nobis notos faciatis . et si alia loca sunt infra nostram parrochiam nobis innotescere faciatis . et iterum cultores et uota oblationum.

XXIII Ut si presbiteri aliqui infra nostram parrochiam recepti sunt non a nobis ordinati . neque ab antecessoribus nostris . si aliquis eos receptos habet ad suam basilicam ante nos eos uenire faciant quicumque eos habuerint.

XXIIII De presbiteris . qui infra nostram parrochiam constituti sunt qualiter se habent . si infra suum officium se continent secundum canonicam auctoritatem et admonitionem nostram . aut non uel quale testimonium inter uos habent id est in populo aut bonam famam aut malam . et si est bona fama denuntietur ab omnibus . et si mala est fama depublicetur ab omnibus non per inuidia neque per alicuius mala persuasione sed ex ueritate proferendum.

XXV Admonendum est ut inquiratur quod dici nefas est eos qui incontinenter et per maximam libidinem se circumferentes etiam cum quadrupedibus miscuntur si aliquis homo talem hominem habuerit aut pastorem aut qualiscumque sit qui in hoc crimine inuentus uel conprobatus fuerit ante nos adducatur.

XXVI De his qui commatres suas habent ad coniugium de fonte uel sacro chrismate ab episcopo consignatum . id est confirmatione . si publice eos habent aut si adulterantur . similiter de filiolas quisquis eos de fonte suscepit . et cum eam adulterauit t ad manum episcopi eam tenuerit et post eam in coniugium eam accepit aut adulterauit.

XXVII Si quis uir filiastrum suum aut filiastram ad manum episcopi tenuit . id est ad confirmationem ubi septiformis gratia sancti spiritus datur et postea in tale coniugium aut adulterium se miscuerit ante nos illum uenire faciatis et quia dicitur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_485/0195